



Brevis ac dilucida Burgundi[a]e Superioris, quae comitatus nomine censemur, descriptio,

<https://hdl.handle.net/1874/453032>

Breuis admo-

D V M T O T I V S G A L L I A E
descriptio, per Gilbertum
Cognatum Noze-
renum.

Galliae populorum, urbium, fluiorum
& montium, quo nomine & olim &
hodie dicantur, locupletissimus Index
Latinogallicus, ordine Alphabetico di-
gestus, eiusdem Gilberti Cognati No-
zerneni diligentia pro sua erga
Gallias amore eluci-
bratus.

Si quid in his tabulis lector studiose nouatum
Videris, id causa non caruisse putas.

BASILEAE.

BELCELFS SACRO

En totale gare
de l'ordre de la hypocrisie
Gastronomie Noces
Savoirs

Qui est le plus pauvre, ne peut pas faire un
dîner, sans se servir de moins
peux qu'autre, et auquel il peut faire
plusieurs dîners, sans se servir de moins
que de l'autre, et auquel il peut faire
plusieurs dîners, sans se servir de moins
que de l'autre, et auquel il peut faire

Gastronomie Savoirs

Il devrait être fait à l'ordre de la hypocrisie
Apprendre à faire un dîner de l'autre

Il devrait être fait à l'ordre de la hypocrisie

3

GILBERTVS COGNATVS
Nozerenus, apprimè nobilissimo atq; pruden-
tiissimo D. Philippo Guierche, D. à Che-
neure, S. P.



Onqueror quidem, at-
que doleo, uir nobilissi-
me, me coactu & effla-
gitatu aliquot amplis-
simorum hominum, atq; solicitatio-
ne summæ eruditionis uiri Hugo-
nis Babeti, describendæ superioris
Burgundiæ munere suscepto, è gre-
gario ecclesiasta, haud nobiliorem
Geographum repente euasisse. E-
quidē uel adhuc semipaganus, hæc
arma timidè & inscienter tracto.
Proinde meæ mihi conscius imbe-
cillitatis atq; imperitiæ, nōdum ad
nominiſ huius dignitatè aspirare
audeo. Verūm satis habeo in præ-
ſens, ſi magis ſcribentium comen-
tarios, quam Geographorum no-
bilissimo ordini inferi uere possim.
Neque enim ineſt mihi uis illa diuī-
na, ac ſpiritus, cuius illi principes

A 2 Roma-

E P I S T O L A

Romanæ historiæ plenissimi, æternis literarum monumentis res preclarissimè gestas commēdauerunt. Neq; adsunt præsidia ea quibus alij abundant, otium, quies, animi uacuitas, & consuetudo hominum doctissimorum. Iam uero cum certus sim, te constanter erga me bene uolentiam retinere, indecorum mihi putaui, si contentus conscientia redamandi, non etiam significacionem aliquam eius affectus adiungerem. Cæterum nihil habens, quale tibi mittere cuperem, duntaxat in hoc genere, in quo cura & industria nostra uersatur: nec tam longiores dilationes ferens, mitto ad te nobilissime atq; prudentiss. Philippe, Gallias à nobis aliorum etiā & non nostro iudicio, eodem & tempore & calamo & opera cum Burgundia nostra descriptas, unà cum Latinogallico illarum indice. Nam te ab ineunte ætate propter summā nobilitatem tuam, singularem eruditio-

NVNCVATORIA.

5

ditionem et prudentiam, cæterasq;
maximas uirtutes, quas enumeran-
di in epistola non est locus, feci plu-
rimi, faciamq; quoad uiuam. Ad-
hæc multa emicant argumēta amo-
ris & beneuolentiaæ erga me tuæ.
Hæc itaq; ad te mitto, aureis ærea
commutans. Nostrum certe consi-
lium erat, Veneris marito legēdum
ea dare: sed amici restiterunt, quib.
nonnihil ad scriptores rerum gesta-
rum intelligendum collatura vide-
bantur. In his aliquando populi no-
men pro urbe accipitur: & sunt no-
mina pleraq; barbara, sed usu tamē
ita recepta, ut eruditī illis etiā non
abstineant. Cætera lector æquus &
intelligens, tumultuaria esse agno-
scet, atq; ita demum agnitis igno-
scet. Bene uale: Nozerethi, po-
stridie Calend. Septem-
bris.

B R E V I S A D M O D U M T O-
tius Galliæ descriptio, per eundem Gil-
bertum Cognatum Nozerenum.

Gallie am-
bitus.



Vicquid à Rheno, per Oceanum, Pyrenæos montes, mare mediterraneum & Apenninum usq; ad Anchonam terram clauditur, communī appellatiōne Gallia appellatur. Pyrenæis enim iugis ad occasum includitur, et que metis si ab Hispania secluditur. Ad septentrionem & Boream, Gallico Britānicoq; Oceano. Ad orientem autem solem, Rhenus illi paribus penē spacij, & alpibus in Oceanum, quibus Pyrenæum iugum ex interno mari ad externū procurrit: quam diem spectat, Narbonense illi protenditur pelagus.

Sic quinq; metis si-
nitur,

Rheno.
Oceano.
Pyrenæis montibus.
Mediterraneo mari.
Alpibus.

Bapti-

Baptista Mantuanus in Dionysio suo,
libro secundo:

Gallia terreni pars est non infima mundi,
Sed longe lateq; patens. Hispanica tangit
Oppida ab occasu: se se coniungit ab ortu
Italiæ: nostro hinc pelago, qua respicit austrum,
Clauditur: Oceano, geminas qua respicit ursas,
Vnde uenit Boreas, hybernaq; frigora surgunt,
Et uada Theutonici tangit uastissima Rheni:
Terra hominum frugumq; ferax, armenta gregesq;
Uberibus pascens glebis, non languida ccelo
Tabifico, non mortiferis infesta uenenis,
Ut Libye: non perpetuis adoperta pruinis,
Sicut Hyperborei montes: non torrida ab æstu,
Qui faciat steriles, ut decolor India, campos:
Non etiam noctis pallens semestribus umbris,
Quale sub arcuero positum mare, & ultima Thyle.
Sed nec ut Aegyptus, qua fusa palustribus undis,
Sed ccelo & teneræ fecunda uilagine terræ.

Et paulo post:

Ignea mens Gallis, & lactea corpora nomen
A candore datum populis, muliebria pingit
Ora color Tyrius, Paphium meditata decorum,
Ex geminis fecit natura coloribus unum.
Læti, alacres, lusu, choreis & carmine gaudent.

In uenerem proni, proni in conuiuia, proni
 Ante dapes ad sacra deūm: seruire, iugūq; (re
 Ferre negāt: fugiūt figmēta, et hyprocrisīn: o-
 Liberi, ut ingenuis mos est: tetricosq; perosi,
 Venatu, aucupio, campos, montana, lacusq;
 Sollicitant: bellandi usū latantur, equorum
 Terga fatigantes loricæ, hastilia, & arcus,
 Deliciæ genti: sub dio ad sidera somnum
 Carpere, fuscari sole et ferragine, pulchrū est.
 Puluere conspergi, grauibus sudare sub armis
 Pro patria, pro cognatis, pro regibus ire
 In pugnam & gladios, & morti occumbere,
 dulce est.

Capricor-
nus Franci-
dominatur. Aegoceros genti dominās, si credimus astris,
 Si damus hoc cœlo arbitrium: citò mobile pe-
 Cordaq; largitus, rerū sitibūda nouarū. (Etus

Gallia. A candore autem populi nuncu-
 pata est Gallia. Nam montes, & ri-
 gor cœli, ab ea parte solis ardorem
 excludūt: quo fit, ut candida corpo-
 ra non colorentur. Hinc Græci Gal-
 los, Galatas uocant, propter la-
 teum gentis colorem. rāλα enim
 eis est, quod nobis est lac: à quo no-
 mine Latini Gallos deflexere. Id
 quod

D E S C R I P T I O .

quod etiam innuere apertè uidetur
Vergilius, ijs uersibus:
Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant,
Defensi tenebris, & dono noctis opacæ.
Aurea cæsaries illis, atq; aurea uestis:
Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
Auro innectūtur: duo quisq; alpina coruscat
Gesa manu scutis protecti corpora longis.

Totius autem { Longitudo , est 420 millia
Gallie } passuum.
 { Latitudo, 313 millia passuum
 non excedit.

G A L L I A O M N I S T R I -
plex.

Cisalpina, quæ & tonsa, siue toga
ta dicitur, quòd eius tractus homi-
nes, toga Romanorum passim ute-
rentur. Inter autem Apenninum et
Alpes, et sinum Adriaticum interia
cens planicies, citerior Gallia nomi-
natur. Gallia Romanis Cisalpina
dicitur; nobis Celle, qui est dela les
A s monts.

monts . Pars est Italiæ Lombardia.

Transalpina, quæ & Comata dicuntur, ab intonsis crinibus. Veteres namque Galli nutriendæ comedie studio tenebantur.

*Braccæ, fæ
terranei freti porrigitur : à braccis,
moralia.*

Braccata, quæ secus littus mediterranei freti porrigitur : à braccis, id est, femoralibus prolixis, uestiū genere, sic uocitata : quo utebantur, qui præter hoc sagis tecti (Strabone teste libro quarto Geographiæ) & uestibus breuibus, quibus uix nates tegere poterant, uestiebantur. Postea etiam Narbonensis est dicta, à Narbone colonia, omnium Galliæ regionum fertilissima, et (ut ait Plinius) nulli prouinciarū postferenda. Dividitur ab Italia amne Varo, & Alpium iugis : à reliqua Galliæ latere septentrionali, Iura & Gebenna montibus. Hodie Provincia dicta est,

TRAN-

DESCRIPTIO.
TRANSALPINA EX CAE-
saris descriptione triplex.

Belgica, mari Oceano, Rheno,
Matrona & Sequana fluminibus
includitur, & pro maiori parte lin-
gua Theutonica utitur. Dicitur au-
tem Belgica, quasi bellorum gens,
uel bella gerens. Continet Germani-
am primam & secundam.

Celtica, siue Lugdunensis, Ga-
rumna, Matrona, Sequana, & Rho-
dono fluminibus complectitur. Hæc
nunc dicitur Francia. Celtæ enim à
Francis Germanicæ subadi, Franci
occidentales cœpere dici: à quibus ip-
sa prouincia denominatur.

Aquitania, ab obliquis aquis, Li-
geris dicta, Aremonica ante appels-
ata, à Garumna ad Oceanum mare
& Pyrenæos montes extenditur. A
Circio enim, Septentrionali uento,
occidentem uersus, Oceanum ha-
bet, qui Aquitanicus sinus dicitur;
ab occasu Hispaniam, à Septentrion-
ne Lugdunensem prouinciam, à Me-
ridie Narbonensem. Corporibus ho-
minum et lingua à ceteris differt: ho-
die Gasconia dicitur.

} Belgica unde
dicta.
Has Matro-
na & Se-
quana diui-
dunt.

Francia.

} Aremonica.
Has Garu-
na flumen
diuidit.
Circius uen-
tus Septentrion-
alis.
Aquitanicus
sinus.

Gasconia.

CIS AL

GALLIÆ
CISALPINA.

- Cisalpinae Galliæ**, quæ Italiam finibus inclusa est, & aliquando Liguria, riæ nomen habuit, prouincia:
- Insubria.** Insubria, inter Ticinum & Abdiam, Padum & Alpes.
- Löbardia.** Lombardia, siue Langobardia, regio totius Italiam uberrima, oleo, uitibus, frugibusq; fœcunda, aquis & lacubus illustris, fructibus & pīscibus copiosa: uicis, arcibus, et opulentiss. ciuitatibus insignis.
- Venetia.** Venetia, regio & urbs clarissima,
- Marchia**
- Teruistiana.** totius orbis emporiū, in paludibus maris Adriatici miro artificio ædificata. nunc Marchia Teruistiana.
- Romaniola.** Romaniola, siue Romandiola, o-
- Flaminia,** lim Flaminia, & Aemilia, Iapidia et
- Aemilia, Iap-**
- pidia, Car-**
- nia.** Carnia, nunc Forum Iulium.
- Populi Galliæ citerioris.
- Forum Iuli**
- um.** Lombardi, siue Langobardi, dī-
- Lombardi,** eti sunt uernaculo Germanorū ser-
- siue Longo**
- bardi.** mone à promissa barba, cui nutrien-
- Insubres.** dæ præ alijs Germanorum genti-
bus unicè studebat, nunc Insubres
dicitur

dicti sunt: sub quibus sunt Græcæ originis,

Orobij, nunc Briantei nominantur, quos secundum Alpium crepidines Cenomani Brixienenses sequuntur: à quibus originem traxere Cenomani Celtæ, nunc Lemans dicti, Andegauensibus proximi, & Rhenonibus versus Oceanum.

Venetii.

Ananes, non longe habitant à Massilia.

Boii, Bononienses: à quibus Boii, nunc Borbonenses, Heduīs vicini, orti sunt.

Eganes.

Senones.

Gessatæ, nunc Romanoli,

Sallassi, nunc Pedemontani, iuxta alpes Graias, olim Cotij, regnum nunc Ducis Subaudię, quos Lebuī sequuntur. Hinc Salij, ultra Nicæam montes incolentes, quo nomine Franci prius appellati sunt: quod etiam eorum leges arguunt, quæ Saliae nominantur.

Orobij.

Briantei.

Cenomani,

Brixienenses

& Celtæ.

Lemans.

Venetii.

Ananes.

Boii, Bonona-

nientes &

Borbonen-

s.

Gessatæ.

Romanoli.

Sallassi.

Pedemont

ni.

Lebuī.

Salij.

Franci.

Saliae leges.

Inſu-

GALLIAE
Insubrorum, siue Longobardorum
urbes sunt:

Vrbes Inſu- Mediolanum, Galliæ Cisalpīng
brū & Lon totius metropolis, à Medo Insubrū
gobardorū. duce dicta: uel quod inter amnes
media, ueluti Mesopotamiæ regio,
sita sit. In cuius agro sunt:

Mutina, Mo- Mutina, uetus nominis ciuitas,
dena.

Laus Pōpe- Romanorū colonia, nūc Modena:
ia, Lauda.

Rego. Laus Pompeia, siue Lauda, in ri-

Parma. pis Abdæ.

Placentia. Regium, nunc Rego.
Parma, ab amne Par

Alexandria. ma, ipsam influente.

Aſta. Placentia, iuxta Trebi
am flumen.

Alba, Pom- Alexandria, quam interfluit am
peiana.

Mantua. Alba, Pompeiana à Plínio ap-

pellata.

Mantua, Virgilij uatis clarissimi

patria, quam Mincius amnis undi-
que circumfluit.

Hinc

D E S C R I P T I O.

15

Hinc non procul est Riuia oppi- Riuia.
 dum, Belzoiosum, Moguntiacum,
 Castillionum, Vosilium: Binę, nūc Binę, Binę
scum.
 Binascum, Castrum Sepri, Maxen-
 tia, Vicomercatus : Manlianum,
 nunc Marlianum.

Orobiorum ciuitas præcipua est Marlianū.
Orobiorum
urbes, Nouo
 Nouocomum, trīum Pliniorum pa-
 tria, in margine Lariano: à quo non comum,
 procul est Bergamum, sub Rheti- Bergamum.
 cis alpībus.

Paphia, quæ & Ticinum, à Tici, Paphia.
 no flumine, in cuius laudes Ro- Ticinum.
 dolph. Agricolæ Panegyricon ex-
 tat. Vicus Martis, Brianteorū me- Vicus Mar-
 trocomia. tis.

Licinophorum.

Melciūm.

Cenomanorum metrocomia est Brixia.
 Brīxīa, arce & duplīci muro muni-
 tissima.

Cremona, Mantuae uicina, Quin Cremona.
 tilij poetæ patria.

Bebriacum.

Crema: ad ripas Serij. Bebriacum.
Crema.

Non

Non longe à Cremona, castro-
rum locus à Tacito celebratus.

Venetorum ciuitates præcipuae.

*Venetoru[m] ci-
uitates.*

Venetiae, cultu, legibus, institu-
tis, ciuitate, & potentia clariss. que
regna possidet, & moderatur:

Forum Iulij.

Forum Iulij, Octauianorum co-
lonia, Paulino, Suetonio, & Julio
Agricola celebratissima.

Aquileia.

Aquileia uetus, ad Natisonem
amnē, ex Carnicis iugis delapsum,
posita, quæ patriarcham habet: cæ-
terum hodie, ut in ruinis, urbis ma-
gis uestigia, quam urbem cernas.
Ab ea nō longè est Altinum, etiam
celebre.

Altinum.

Padua, alio nomine Patauium, di-
ctum quasi Padauium, à Padi uici-
nitate: ubi Antenoris sepulchrum,
à quo conditam ferunt. Nobilitata
est maximē T. Liuio, & historico et
oratore facundissimo: Paulo Iuris-
cōsulto, Flacco & Volusio poetis.
Venetorum ditionis est.

Taruisium, ciuitas mœnibus, ar-
ce &

ce & aquis munitissima. Hanc in-
terfluit Siliſ, amnis placidissimus.

*Taruiſum.
Siliſ fl.*

Tridentum. Hoc loco transi-
tus est Alpium, quæ Tridentinæ
uocantur.

Vicentia, per cuius agrum Rha-
ronus & Bacchilio amnes dilabun-
tur: qui ubi ad Vicentiæ mœnia cō-
fluxere, Medoacus fluuius appella-
tus in mare Adriaticum defertur.

Verona à Gallis condita, ut lib. 2. *Verona.*
Iustinus refert, eam Athesis interse-
cat: in cuius agro Benacus Minci-
um amnem ejicit. Sub Venetorum
ditione.

Feltrum, itē Bellunnum, & Opī
tergium, Veneti tractus ciuitates

Feltrum.

Bellūnum.

Opitergiū.

exitere.
Boiorum metrocomia fuit Tan-
netum: nunc Bononia est, quæ Fel-
sina ab antiquis est dicta. Hanc ur-
bem Rhenus alluit. Bononiam alte-
ram reperies inter Celtas, ad littus
Oceanī.

*Boiorum ur-
bes.*

Tannetum.

*Bononia du-
plex.*

Felsina.

Fidentiola, uetusſiſſimū oppidū.

Fidentiola.
B Secus

- Hostilia.* Secus Padum Hostilia est.
- Guaſtalla.* Item Guaſtalla oppidum præcipuum, cum caſtro munitissimo.
- Brixellum.* Mox est Brixellum.
- Pollentia.* Ad Eganes Pollentia, olim urbs eximia, ad ripas Tanari: nunc pagus est exiguis, à quo duobus ferè milliaribus paſſ abeft Forum Trionorum, nunc Bertonorium.
- Alba Pompeia.* Alba Pompeia, Aquæ Statiello rū, Derthona, Casale, & Bobium, in Coctijs alpibus reiſciuntur.
- Sena.* Ad maritimas Alpes iacet Sæna, titulo Marchionatus illustre municipium. Ex his locis oritur Tanarus.
- Tanario orsus.* Vrbium Geſſatarum nulla habetur mentio: uerū quæ nunc ſunt, ferè à Romanis & alijs Italijæ populis conditæ ſunt.
- Ferraria.* Ferraria, quæ inter urbes Italijæ primarias nunc haberī potest.
- Adria.* Adria, bellis protrita fuit uerſus quā est Rauenna, urbs à Thessalī condita.
- Cesenna,

Cesenna, uino optimo nobilis.
Sarsina, Plauti patria.
Forum Cornelij, nunc Immola di-
citur.

Hinc non longe fuit Fauentia.

Senonum metrocomia fuit Se-
nogallia, hac ætate urbecula est.
Non procul hinc Metaurus flu-
uius.

Deinde est Pisaurum cum amne,
Faunū, Fortuna colonia: nunc Mar-
chia Achonitana, olim Picenum.

Pedemontanorum urbes.

Augusta Taurinorū, hodie Tau-
rinum. Augusta Sallassorum.

Mons Regalis; Secusium, nunc
Susā.

Lebuorum urbes.

Forum Lebuorum, siue Liberio-
rum, aut Lebetiorum, nūc Burgum
Lauizarium vocant. Hinc Sylleue-
niū, & Rhodium, nunc Rhodo-
biūm, Augusta prætorum, in fauci-
bus Graiarum Penninarumq; Hy-
porrhedia.

Cesenna.
Sarsina.
Forum Cor-
nelij.
Immola.
Fauentia.
Senogallia.
Metaurus.
Pisaurum.
Marchia
Achonita-
na.

Augusta
Taurinorū,
Taurinum.
Augusta Sa-
lassorum.
Susā.
Lebuorum
urbes.
Burgū La-
uizarium.
Sylleueniū.
Augusta
prætorum.

Vercellæ. Mox sunt Vercellæ, ad ripas Sicciæ, quem Plinius Sesitem uo-
Vergeminū. cat. Ad ripas Ticini Vergemini-
 num est, quibusdam dictum Vigle
Casilinum. banum. Hinc sunt Casilinū uetus
 & nouum, Annibalis geminæ co-
Gambalotū. lumnæ, nunc Gambalotū. Postre-
Lacmellū. ma Lebetiorum urbs est Lacmellū, Ptolemæo Gaumellū, Antonino Lauinellū. Hoc tēpore pagus est sa-
 tis contractus, nec quicquam osten-
 tans antiquitatis præter nomē: per
 cuius agrum dilabūtur, Terduplicius
 & Aconia. Saliorum urbs præci-
Saliorum ur- pua Nouaria, quæ in suburbijs ha-
bes. bet fluuios illos duos mire iucundi-
Nouaria. tatis, Aconiam ab occasu, & Ter-
 duplum ab ortu. In extremo agri
Municipiū. Nouariensis margine Municipi-
 um est.

Cisalpinæ Galliæ flumina & lacus.

Duriæ flu- E' Montibus quos Salassi colūt,
uij duo. Eduæ defluunt Duriæ, inter Au-
 gustam Taurinorum et Clauasium,
 Morgus

D E S C R I P T I O . 21

Morgus est, qui nunc Orchus appellatur: & fluuius alter, quem Studiam nominat. Inde est Sesites, quem Siccam etiam uocant: unde Siccia ni populi. Mox est Aconia inter Nouariam & Sesitem, & inter hanc & Ticinum Terduplus. Ticianum Verbanus lacus emittit, cui ob latitudinem Maioris cognomē est inditum. in Verbanum se duo lacus exonerant: alter ab occasu, ex agro Nouariensi, quem Ortæ lacum nominant: alter ab oriente, cui Lucano ex adiacentī oppido nomen est. ambo autem pisculentī admodum. Medio autem Verbanus est, uelut Alpinarū aquarū rex et dominator.

Verbanum sequitur Larius, eadem longitudine, latitudine autem minor longè: in quam descēdit Abduas duas, ex Rheticis montibus præcipitatus. Vnde & Danubius, qui & Ister appellatur.

In Abduam ex Bergomatum montibus, Brembus fluuius irrum-

B 3 pit,

Morgus, siue
Orchus.

Sturia fl.

Sesites, siue

Siccia fl.

Aconia fl.

Terduplus
fl.

Ticinus fl.

Maior.

Verbanus la-
cūs.

Ortæ lacus.

Lucanus la-
cūs.

Larius lac.

Abduas lac.

Danubius, si-
ue Ister.

Brembus fl.

pit. Defert etiam secum ex eisdem
Serrius fl. ferè alpibus Serrium, in Padū, qui à
Padus, Ery- Græcis Eridanus dicitur, nullis Ita
danus fl. liæ fluminibus inferior: & in Adria
 ticum prorumpit sinum, apud quē
 Phaetonem cecidisse, in fabulis tra-
 ditum est.

In agro Insubrum x vii. lacus,
 flumina autem L X I I I . esse, Blon-
 dus testatur: eorum tamen nomina
 non recenset.

Euryptylus fl. Est Eupylis fluuius, qui Lam-
Lambris fl. brum emittit, Vmbronem ab alijs
ue Vmbro. dictum.

Orona fl. Est & Lambrus alter, quem In-
 subres Meridianum uocant, et Ora-
 na altera: qui pariter excipiuntur à
 Lambro, quem emittere Eupylim
 diximus. In quoru confluentis S. est
S. Angelus, Angelus, oppidū elegantissimum.

op. *Sebunus l.* Deinde Sebunus est lacus, qui
Isseus lac. nunc Isseus appellatur. hic Ollium
Olius fl. emittit fluuium.

Mela fl. Ex Br\xianio agro Mela, Broc-
Brocchus fl. cho, & Morma.

Morma fl.

Ex

Ex Tridentinis alpibus Sarca flu^{sarca fl.}
uius effluit.

Benacus lacus est Veronensis a-
gri, citrorum copia odoratissimus.
Ex eo Mincius egreditur; in cuius
ripa oppidum est Gouernum.

Athesis fluuius ex Alpibus de-
riurat.

Mox est Medoacus, quem nunc
Bacchilionem Veneti nominant:
medio hic Vicentiam diuidit.

Timauus, Brenta etiam dictus.
Sifinus, Musio, Anaxus, qui nuc
Planus.

Vayanus, nunc Calorius.
Lquentia, ex Opiterginis mon-
tibus, nunc Liuentia, in quem influ-
it Meduna.

Alfa, nunc Liminius.
Hisce fluminibus uniuersa Cisal-
pina uersus Alpes irrigatur, quæ fe-
re omnia in Padum deferuntur.

Ex Apennino autem ista effluunt:
Borbus, cuius sunt initium Aquæ
Statiellorum Ligurum. Mox est

Benacus
lac.

Mincius fl.
Gouernum
opp.

Athesis fl.

Medoacus
fl.
Bacchilio
fl.

Timauus fl.
Brenta.
Sifimus fl.

Musio fl.
Anaxus fl.
Planus.
Vayanus,
nunc Calo-
rius.

Lquentia,
nunc Liue-
tia.

Meduna fl.
Alfa, nunc
Liminius.
Borbus fl.

Tanarus. Tanarus, quem aiunt torrētium 12.
Ratus, Scri- illuuiione augeri. Ratū Plinius ap-
nia, Iria fl. pellat, quem alij Scrīniā. Georgius
Serraualle Merula Iriam putat appellari. Sera-
op. ualle oppidum ferè alluit penes Vi-
cheriam.

Coronus fl. Coronus est fluuius, Ratū, Pau-
Statola fl. lo Iouio Statola dictū : in cuius ho-
Albianū op. stio est Albianum oppidum.

Copa fl. Sequitur Copa fluuius, & illum
Tunnus fl. Tunnus, à quo alluitur S. Ioannes,
S. Ioānes op. agri Placentini oppidum.

Trebia fl. Illinc rectā itur ad Trebiam, Ni-
Nicia fl. ciam à Plinio dici putarim, quam
Nura fl. recentiores Nuram appellāt, apud
Fidentiolam.

Tarus fl. Illum Tarus, Rarus, Arda, Ocha,
Rarus fl. Conius sequuntur.

Arda fl. Ochafl. Oritur Tarus ex colle Bardonis,
Conius fl. in cuius cacumine est monasteriū
Parma fl. Luthprandi.

Bagātianus Deinde Parma est, auctus Bagā-
fl. tiano torrente. Lentiam non pro-
Lentia fl. cul à Brixello Padus excipit, Rhe-
gium uersus.

Cru-

Crustulus fluuius medio secat *Crustulus fl.*
uiam Aemiliam.

Paulò ulterius progredienti *Sicla fl.*
clla, qui *Salsinium* ingreditur, oc- *Salciuū fl.*
currit.

Huic ferè inheret *Sculterna*, nūc *Sculterna fl.*
Panarus: in quem nō procul à Mu- *Panarus fl.*
tina, *Formigo* ingreditur. *Formigo fl.*

Inter *Sculternam* & *Samogiam* *Samogia fl.*
fuit *Forum Cētarum*, siue *Gallo-*
rum, nūc *Burgus Francus*, non *Forum Cēlo-*
longe à *Perticeto*. *Burgus Frā-*
cus.

Claterna uetus oppidum sequi-
tur, nūc *Quaderna*. Est eiusdē no- *Claterna*
minis torrens, qui postmodum ad *op.*
Caballos dilabitur.

Vicus *S. Petri Silere* alluitur. *Siler op.*
Rhenus Bononiām præterfluit, *Rhenus fl.*
Vatrenus forum Cornelij, nūc *Im-* *Vatrenus fl.*
mola.

Mox sequitur *Senius*, in cuius ri- *Senius fl.*
pis *Cunium* fuerat oppidum. *Cunium op.*

Non lōgē hinc est *Tiberiachum* *Tiberiachum op.*
oppidum, nūc modò *Caballi*, mo- *Caballi.*
dò *Bagnacauallum*. *Bagnacaual-*
lum.

Inter Forum Liuī & Salsubium,
Mōtonus fl. nunc Carum, Montonus interfluit,
 ē cuius montis regione Tyberis oritur.

Hedesis fl. Proximē huic est Hedesis, Rener
Auexa fl. matis, Auexa, & Benanus, fluuij.
Benanus fl.

In Apennini colle Britannorum
 Bretonori- siue Pompilij forum, nunc Breto-
 um. norium, uisitetur.

Sapis fl. Ad Ceruiam salinis celebrem, Sa-
Ariminus fl. pis defertur: Ariminus, nunc Mari-
Marida fl. da, Crustumium, Concha, & Ru-
Crustumū fl. bicon,

Concha fl. Nō procul à Metauro fluuiio mōs
Rubicon fl. est Asdrubalis, nunc Asdrauallis.

Antiqui, montes altos Alpes uocauerunt, Græci Cimenios mōtes,
 quibus Gallia Cisalpina indui uide-
 tur. Ab eodem autem loco & Al-
 pes & Apenninus initium capiūt.
 Strabo ad Genuam Liguriæ metro-
 polim, & occidentis emporium fre-
 quentissimum, Alpium & Apen-
 nini exordium reiçit.

DICTAE SVNT AVTEM

Alpes, uel à

Vicinia { Ut maritimæ, quæ à Vadi Sabbathijs ad Mæne
ci portum, & hinc ad Vari fluminis hostia, longis
anfractibus & lunatis cornibus extenduntur.
Graiae à Coëtys ac Segusio initium capiunt, &
in Augustam prætoriam protenduntur. In ipsis est
Tarantasia, & Octodurum: nunc S. Mauricius,
nunc Cinesius, appellantur.

Regibus, ut Coëtiae, sunt inter Graias & Maritimæ, in qua
rum exitum uersus Italianam Segusium est, à quo illa
rum initium est.

Altitudine, ut Summæ, quibus initium à Sesite, et finis ad Ver-
banum lacum. In ipsis est Siccianorum metropomia
Varalle, & Ocelle, & Bormonicum.

Penninæ, quæ & Thusanæ, initium capiunt ab Au-
gusta prætoria, & finiuntur ad Sesitem.

Summæ recto tramite orientem uersus Leo
poniæ sequuntur, in quibus sunt Suitenses.

Leopontiarum finis, Rheticis est initium, in qui-
bus Rheti, nunc Grisones, quorum metropolis est
Curia. Hæ Rheuum effundunt, ac iuxta accoliarum
diversitatem uaria asciscunt nomina: ut montes S.
Bernardi, S. Gothardi, quod in horum uertice ædes
D. D. Bernardo & Gothardo sacræ conspici-
antur.

Iam sequuntur Tridentinæ, ubi est Tridentum.
Iuliæ, quibus ex foro Iuly transitur in Noricū.
Alpium extremæ sunt Carnicæ.

Brac.

Braccatæ Galliæ ditiones.

Prouincia quæ. Prouincia Romanorum. Eam autem partem quæ est trans Rhodanum, uersus mare mediterraneū, usq; ad Liguriæ montes, Galli peculiariter hodie uocat Prouinciam.

Languedo- cia. Languedocia, pars est Prouincie Galliæ, sicut Cæsar & antiquitas illam uocarunt.

Delphinae- tus. Delphinatus, porrigitur usq; ad Allobroges, qui nunc Sabaudi: &

Allobroges. Sabaudi. Taurinos, qui Pedemontani hodie dicuntur.

Taurini, Pe demontani. Sabaudia. Sabaudia cis & ultra Lemanum lacum, id est, Losannæ.

Populi.

Prouinciales.

Tarentasij. Tarentasij, Sedunis finitimi, iuxta alpes Pœninas.

Allobroges.

In Delphina-	}	Blagouij.
tu		Brannouices.
		Eburoduni.

In Lan-

D E S C R I P T I O . 29

In Langue. { Tolosatij, siue Tolo-
sates.
docia { Volcæ.
Nitobriges.
Tectosagî.

*Utrumque
est Langue
deca*

Narbonenses.

Ruscini.

Sallyes, Plin. lib. 3. inter Ligures trā *Sallyes,*
falpinos enumerat.

Albienses.

Alboeci.

Vocontij, quorū regio ad Allo- *vocontij.*
brogas usque protenditur, per pro-
fundas Graiarum alpium ualleis.

Ciuitates nobilissimæ.

Narbo, colonia & metropolis in *Narbo.*
Languedocia.

Tholossa, sub ipsis penè Pyrenæi *Tholossa.*
iugis. Senatus Tholosanus.

Massilia, à Phocensibus condita, *Massilia.*
de cuius institutis & moribus pri-
scis, Cicero in Flacciana oratione.
Strabo quoq; author est, consuevit
se Romanos mittere liberos suos
Massiliam, ad Græcas disciplinas
discen-

discendas. Perpenniana.

Carcassona.

Valentia.

Biteræ.

Agathopolis Agathopolis, uel Agatha, nunc

Agatba. Monspessulanus.

Monspessu- Accusianorum colonia, nunc
lanus.

Accusiano- Gratianopolis, in Delphinatu se-
rū colonia. natus. Aquæ Sextiæ, Senatus A-

Gratiano- quensis, in Provincia.

polis. Arelatae, siue Areias.

Aquaæ Sex- Auenio.

tiae. Tollonum.

Arelatae. Vienna.

Vertacoma- Vertacomatora, pagus præcipuus
tora. Vocontiorum.

Nicea.

Gebenna. Gebena, emporium Allobrogum,
in ripa Lemani: & plures aliæ, de
quibus inferius in Indice.

Aquitaniæ Galliæ ditiones.

Guienna. Guiena, quæ ducatus nomen ob-

Vasconia. tinet, et Vasconia, propriè ad Aqui-
taniam pertinent, & eo solo nomi-
ne olim censebantur.

Popus.

Populi à ueteribus enumerati.

Aquitani, à quib. huiusce Galliae Aquitani.
partis nomen datum. Vascones in Vascones.
Aquitaniam migrauerūt, quos Aquitanica oppida compluscula tene
nere constat.

In Vasconia sunt { Tarbelli.
 Datij.
 Bigerones.
 Ausci.
 Cantabri.

Pictaui, siue Pictones.

Taruifatij.

Garumni.

Cocosates.

Cenomani.

Sigubates.

Andes, siue Andegauenses.

Anxitani.

Vassarij.

Flussati.

Rutheni.

Lemouici, siue Lemouices.

Auerni, Celtis à Marliano annume
rantur.

Bituriges.

bituriges
Bituriges.

Auarium,

Biturigum,

y no pibonay

Bituriges. Horum oppidum Auaricum, cuius Cæsar lib. 7. belli Gallici meminit: nunc Biturigum. Hi medium Galliae regionem obtinēt, æquali propè spacio undicę dirempti à finibus. Ducatus nomen obtinent. Nomina etiam quædam habet recentia, puta:

Claremontenses.

Petracorij.

vellaunij. Vellaunij, nunc S. Flori. hos inter Celtas Marlianus reponit.

Tutelenses.

Mimotenses.

Albienses.

Castrenses.

Amicienses.

Vabrenses.

Et plura huiusmodi, quæ breuitatis causa hic omittuntur.

In Aquitania sunt metropoles Suffraganeæ, & præcipue ciuitates:

boc de auar
Burdegala. Burdegala, præter alias eximiè clara, inter Garumnam & Auscios, Au sonij patria. Burdegalicus Senatus.

Auari-

Auaricum, Biturigū ciuitas, nūc Bituris.	Auaricum. Bituricum.
Auxitana A.	
Turonia A.	
Tholosſa Senatus.	
Andeuagia.	
Aginum, nunc Angolisma.	Angolisma.
Albaugusta, nunc Albia.	Albia.
Vellaunium, nunc S. Florus.	S. Florus.
Reliquas in indice enumerabimus.	

Amnes primi, & maximi.

Liger, potissimum in ea regione *Liger.*
fluuius est, qui eam à cætera Gallia
diducit. Oritur in Auernia, & ion-
gißimè profluens infra Nanetes,
in Oceanum exit. Garumna descē *Garumna.*
dit ex Pyrenēis montibus, allabitur
Tholosam, & prop̄e Burdegalam
exonerat in Oceanum.

Lalerius.

Carus.

Chalentam.

Dordonna.

C

CEL-

34 GALLIAE
CELTICAE GALLIAE PRO-
vincie.

Francia.

Burgundia inferior.

Normānia. Normandia, siue Nor-
mannia.

Britānia-mi-
nor. Britānia minor, sic ap-
pellata propter maiorē,
nempe Angliam. Eas

Ducatus
nomen
obtinēt.

Aremonicæ ciuitates. Cæsar uocat Aremoni-
cas. Totius Galliæ lon-
gè maximæ sunt, & o-
pulentiss. Normannia,
& Britannia.

Borbonia. Auernia.
Populi.

In Francia, Parisienses, qui & Lu-
tetiani.

Hedui.

Burgundia
inferior

Hedui, Celtarum clariſimi, ac Se-
quanis contermini.
Mandubij. Verdunenses.
Lingones. Bibradæ, siue
Sequanorum Belnenſes.
pars Diuionenses.
Matisconenses.
Cabillonenses.

	Neustri.
	Ambilates.
	Bellocassi.
In Normannia	Lexouij.
	Eburonices.
	Aulerci. Aureliē ses, siue Aurelia- Aureliēses. ni.
	Ossissimi.
	Diablintres.
	Curiosolitae.
	Rhedones.
In Britannia	Nanetes.
	Cadetes.
	Veneti, littora Veneti.
	Oceani Gallici incolentes.
	Boñ, nunc Borbonij. Boñ. Auerni. Borbonij.
	Senones.
	Ambari, seu Niuerni. Ambari. Niuerni.
	Carnutes.
	Britones.
	Veromandui.
	Lugduni.
	C 2 Plu-

<i>la roſni</i> <i>louſe</i> <i>ſequana ſeine</i> <i>marne</i>	<i>96</i> <i>Pluresq; alij ad</i>	GALLIAE Rhodanum Ararim Sequanam Ligerim Matronam	} Flumina ſi- ti, quos lon- gū eſſet enī merare.
		Ciuitates metropolitane, suffraganeæ, & claræ:	

Augustodonus Auguftodunum, Heduorum
num. urbs opulentissima.

Lugdunum. Lugdunum, colonia, emporio
in omni Gallia celeberrimo, ubi A-
rarim amnē incredibili lenitate flu-
entem Rhodanus in ſe recipit.

De quo Roselletus ſic,
Vrbibus inscribit domini ſua nomina reges,
Vrbis ſic Lugdus nomina prima dedit.

Lutetia. Lutetia Parrhisorum, frequens
& populosa, Academia & Gymna-
ſijs celebris, tum Senatu, ampliſſi-
mam in Gallijs iurisdictionem ha-
bente.

Agendicum, Agendicum, nunc Senonis.
Senonis. Ebredunum.

Alexia. Rothomagus Senatus.

Alſetum. Alexia, nunc Alſetū, in Burgundia.
Diuio,

D E S C R I P T I O.

37

Diuio, ubi Senatus.

Cabillonum.

Matiscon.

De alijs inferius in Ciuitatum catalogo.

Amnes primi & maximi Celticæ
Galliae.

Matrona, ortum habet ex Lin' Matrona.
gonibus, labitur per Campaniam,
& duobus supra Lutetiam milliaribus in Sequanam influit. Ambo
Celticam prouinciam à Belgica dividunt.

Ligeris. Ligeris.

Iona, Albis, & Osia, sed prius aucta flumine Axona, commiscentur Iona.
Albis.
Osia.

Sequanæ.

Elauer, ex Auernis profluens, in Elauer.

Ligerim definit.

Viana.

Oba.

Sorda.

Druentia.

Rho supra Sedunos emanat, per

C 3 lacum

Rho. lacum Lemanum tanto impetu de-
uectus, ut multo spacio superna-
tet, paulo infrà Dano iungitur. hinc
Rhodanus fl. fit Rhodanus: qui ubi præteriit
Lugdunum, ad meridiem conuer-
sus, incredibili rapacitate infra A-
relatem duobus ostijs in mare me-
diterraneum sese ejicit: Isara tamen
Lemanus l. & Druentia prius receptis. Lema-
nus lacus in Allobrogibus, per
quem Rhodanus fluit.

Belgicæ Galliæ ditiones.

Nuithlædia. Nuithlandia, in Auentico tractu,
Burgundiæ pars fuit.
*Vallis Pœni-
na.* Vallis Pœnina, hodie Valesia, iu-
xta alpes Pœninas, cuius caput Se-
dunum.

Vantua.

Heluetia. Heluetia, hodie Suiceria: qui ho-
die hāc regionem tenent, Aleman-
ni sunt. Heluetij enim gens Galli-
ca fuit, quæ interiisse putatur.
Burgundia.

Elsatia.
Alsa fl. Ila di-
ctus.

Elsatia, ab Alsa fluvio, qui eā me-
diā interfluit, nūc Ila quoq; dictus.

Lo.

Lotharingia.

Lucemburgum.

Sylva Arduenna uniuersa cū sin-
gulis sibi adiacentibus, & ea inclu-
sis populis ac locis. Hodie dici-
tur Ardenna, apud Namurcum, ac
magna pars est dioeceseos Leo-
diensis, & pars Ducatus Luxem-
burgensis ac Iuliacensis, usque Co-
loniam. Totius Galliae maxima fu-
it sylva: hodie Eyflia dicitur.

Eyflia.

Iulisia.

Gueldria, siue superior Batauia.

Batauia du-

plex.

Hollandia, siue inferior Batauia,

Gueldria.

Traiectensis etiam dicta.

Hollandia.

Phrygia.

Brabantia.

Selandia.

Vuestria, seu Vuestricha, imperi
tis Neustria dicta.

Flandria.

Hannonia, sub qua bona pars Gal-
liae Belgicæ comprehenditur.

Picardia.

Campania.

Populi.

Nuithones	} Vandalarū natio. Vautuates	
Heluetij, nūc Suiceri. Bur- gūdi, olim Se- quani		
		Hi à plerisq; inter Belgas reiñciūtur: sed à Cæsare Cel- tis annumerantur.

Seduni. Seduni, incolæ uallis Pœninæ iuxta Veragros: quorum oppidum

Sedunum. est Sedunum, Episcopi sedes.

Sequani.
Bisuntini.
Cepinenses.
Vallupenses,
Pemenses.
Reamonenses.
Maillotenses.

In Burgun-
dia superiori
sunt

Vaudani.
Angeliones.
Montani.
Vsienses.
Migienses , nunc Nozerethenses, 36 pagos habentes.
Chaudelienses.

Siro-

D E S C R I P T I O . 41

Sirodani, 9. pagos
habentes, præter
Burgū oppidum:
& arces duas Ca-
steluillarum.
Secusiani.
Mortuenses.

Alemani, Heluetijs
finitimi, inter Mor-
tuenses & Chaude-
lienses & Vsienses si-
ti, qui soli inter Bur-
gundos à Germanis
ortos, id nomen re-
tinent.
Motenses.
Fonsseni.
Granuellenses, mul-
tarum uillarum.
& plures alij.

Alemani in
superiori
Burgundia.

Hí commu-
ni appellati-
one Iurassi, *Iurassi pop.*
ab adiacen-
te Iura mon-
te dicuntur.

Rheni accolē ad
Rauraci, nunc
Basilienses. *Basilienses.*
Triboci eam te-
nebant terrā, que
nunc Alsatia di- *Alsates.*
C s citur,

ripam sinistram, | citur, ad Sequa-
& Gallicam, ex

transrhenanis

Vuormaciens Germanis ori-
ses. undi, nunc Cis-
rhenani dicti,

Spirenses.

Franci.

Metenses.

Vuesteric hi.

Confluentes.

Confluentis Rheni & Mosæ populi.

Ripuar *iij.* Ripuarij, tribus fluuiorum ripis
clau-

nos usq.

Vangiones,
nunc Vuorma-
cienses, quorum
caput Borbeto-
magus.

Nemetes, nuc
Spirenses.

Magutiaci, o-
lim Franci.

Tullenses, siue
Tullingi, à Tul-
lo ciuitate.

Mediomatri-
ces dioecesim
Metensem occu-
pat, et magna ex
parte Vuesteri-
chí appellantur.

Treuiri, Belga
rum clarissimi.
Pomp. lib. 2.

claudunt, Rheni, Moselle, atq; Mo
sæ, unde etiam illis nomen. Hi a-
lio nomine Naustrij & Austrasij et
Vuesterrichi. Guberni.

Vbi, nunc Colonenses, siue A-
grippinenses.

Menapij, nunc luliacenses.

Eburones, nuc Leodienses, Me-
napijs finitimi.

Sicambri { Guelrenses.
hodie esse Motenses.
creduntur Phrysij.

Bataui, nuc { Gelrenses.
 Holladi, pars Cat-
 thorum, quæ per sedi-
 tionem in insulâ Rhe-
 ni cessit.

Tungrí, iuxta Mosam, inter Mo
rinos & Menapios, olím ultra
Rhenum,

Bellicasij.

Neruij, nunc Tornacenses, à Tor-
naco ciuitate.

Belgij.

Leuci,

Naustrij.

Austrasij.

Vuesterrici.

Vbi.

Colonenses.

Agrippinæ-
ses.

Menapij.

luliacenses.

Eburones.

Leodienses.

Sicambri.

Tungræ.

Tornacenses.

Leuci, in Lotharingia.

Namurci. Codrusij, seu Namurci.

Segni, comitatui Namurcensi proximi.

Atrebates.

Bosleduci. Aduatici, nunc Bosleduci.

Brabantii.

Pleumosij. Flandri, olim Pleumosij.

Casletenses. Verocasses, nunc Casletenses, in comitatu Flandriæ.

Picardi { Ambiani.
Sueßiones.
Bellouaci.
Veromandui.
Morini.

Campani { Remi.
Catalauni.
Trecenses.

Belgicæ metropoles, suffraganeæ, et præcipue ciuitates.

Vesontio, urbs Sequanorum maxima.

Rauricoru. Rauricorum Augusta uetus, in Augustia. signis olim urbs, iam exiguis uicibus: iuxta quam condita est Basilea,

D E S C R I P T I O .

Iea, ubi est celeberrimum ingenuorum artium Gymnasium, & syncera ac munda Chalcographia. Hanc medium interabitur Rhenus, & bina separat oppida. Natale solū D.

Bonifacij Amerbachij, qui cùm o-
mnibus ueluti unum & pulcherri-
mum in domicilium congressis vir
tutibus excellit, tum gratia apud re
ges & príncipes, imò uero omnes
apud mortales maximè præstat, de
uniuerso hominum genere optimè
meritus.

Tullum, in Lotharingia.

Mediomatricum, hodie Metæ,

Nemetū, siue Neomagus, nunc
Spira.

Borbetomagus, nūc Vuormacia,
Vangionum caput.

Elcebus, siue Heluetū, nunc Sele
stadium, Beati Rhenani nostri na-
talís locus, in Elsatia.

Argentoratū, amplissima ac po-
tentissima Tribonorum ciuitas, cla-
ra excusoria arte, cuius inuentores
faciunt

faciunt Io. Gutemberg, & Io. Mantel. Vnde tractus Argentoratensis, Alsatia.

Maguntiacum Rheni, Franco-
rum metropolis, omnibus seculis
memorabili inuento Chalcogra-
phiæ urbs celebris: circa annū Chri-
stianum 1440. Friderico tertio impe-
ratore reperta est, ab uiro Io. Faust,
Germano.

*Ars excuso-
ria à quibus
et quādo re-
perta.*

Io. Faust.

*Colonia A-
grip.*

*Augusta Tre-
uirorum.*

Trier.

Virodunum.

Bonna uetus.

Gefonia.

Leodium op.

Basacum.

Remis.

Colonia Agríppina, ab Agrippi-
na illa Claudij Cæsarís coniuge ap-
pellata, Vbiorum & Germaniæ se-
cundæ caput, & literarum gymna-
sium celebre.

Augusta Treuîrorū, uetus prin-
cipum Romanorum sedes: nunc
Trier.

Virodunum, Treuîrensis pro-
uinciae, in Ducatu Barensi.

Bonna uetus, ex cuius opposito
Gefonia est.

Leodium op. Neruiorum, Ptole-
mœ fortasse Basacum dictum.

Remis, urbs præpotens, in qua
Gallia

Galliarum reges inaugurantur.

Aters, ciuitas episcopalis, ab Aters.
Attrebatibus.

Belgium, siue Baracum. Baracum.

Nancū, sato Caroli ducis Burgū Nancum.
diæ insignis ciuitas.

Aquisgranum.

Confluentes oppidū, ubi Mosel Confluentes
la Rhenō miscetur.

Traiectum, ad Mosam.

Vltraiectum infernæ Batauię, id Vltraiectū.
est Hollandiæ, episcopalis ciuitas.

Namurcum.

Catalaunum, ciuitas episcopalis Catalaunū.
in Cāpania: unde Catalauni, Cam-
pani: Catalauni.
Campani.

Nazarethū, clarū Nazarethū.
admodum hodie &
loci natura, & splen-
dore ædificiorū, tum
uerò ciuitate, atq;
Aurengiorum Prin-
cipum sede. Id por-
ro est studijs omniū
illustrium artium nō
igno-

Burgundiæ superioris ciuitates nō obscuræ,	ignobile.
	Salinæ.
	Arbosium.
	Polichnium.
	Lonsalinum.
	Pontarum.
	Orgelium.
	Dola, iurisprudentiæ gymnasiū, quod Vniuersitatem uulgò appellat. Atq; inibi Senatus, quem Parliamentum uocant, amplissimam iurisdictionem habet.
	Greum.
	Gium.
	Vesulium.
	Auenticū, hodie Vui uelspurgum.
Fribur.	In Nutlādia, & gum
Berna	} Auentico tractu.
	Solodurū, ad Arulā amnem antiquiss. opidum.

Vindonissa, ad am-
nem Ruzam, ubi Aru-
lam recipit.

Lucerna, duodecim
pagorum unus.

Schefusium, à casis *schebusium.*
nauiculatorum dicta,
in ripa Rheni, supra ca-
taractas, amoenū, sed
non admodum uetus
oppidum.

Tigurum, cuius pa-
gus hodie Vri dicitur: *vri.*
& primus est Helue-
tiorum.

Vitudurum.

Zurtzachum, siue
Louffenbergum. *Loffenber-*
Arbor fœlix ad la-*gum.*
cum Acronium, quæ
Arbona dicitur. *Arbona.*

Sangallum, elegās
cum primis oppidum,
Tauriaci tractus, la-
nificio nobile.

D Castel.

Heluetiæ ci-
uitates

Baden.

G A L L I A E

Castellum aquarū,
nunc Baden in Ergo
uia.

Tugium, oppidum
cum lacu, medio ferē
itinere inter Lucernā
& Tigurum.

Traiectum, episco
palis ciuitas, quæ ad
discrimē alterius Tra
iecti supernè ad Mo
sam siti, Ultraiectum
cognominatur.

Dodracum, por
tus Batauorum.

Herlemum.

Sconhouium.

Leyda.

Burenūm.

Delfum.

Gauda.

Haga.

Vorda.

Amsterdamum.

Schedamum.

Lerda.

Hollandiæ

DESCRIP T I O.

51

Lerdamum.

Roterodamum, e-

ximij illius uiri Desi-

derij Erasmi præce- Def. Erasmi
ptoris mei patria. patria.

Batauodurum, nūc

Diuerstadiū, ubi pars Diuerstadi-

Rheni Læcca dici in- um.
cipit.Loquanium, ubi cē-
leberrimum gymna-
sium, in quo uis disci-
plinarū genere peritis
simos consummatis-
simosq; uiros habēs.

Bruxella.

Mechlinia, Senatus
omnium latissimē pa-
tens, ac amplissimam
iurisdictionē habens.

Antuerpia.

Buscumducis.

Gandauum, empo-

tium Morinorū, olim

Gessoriatum nauale.

D 2 Bru.

Gessoriatū,

Brabantiae

Flandriæ

Brugæ.

Tornacū, op. Ner-
uorum.Iccius por-
tus, Caletiū.Gessoriacum, uel
Iccius portus, nunc
Caletium.Sunt plures aliæ Belgicæ cele-
bres ciuitates, quas in Indice recen-
sebimus.Amnes Belgicæ Galliæ primi & ma-
ximi, hoc est, nauigabiles
& piscoſi:

Sequani.

Sequana, Belgas à
Celtis diuīdens : ad
quā qui ſiti ſunt, Se-
quani dicitur. Inter-
labitur Lutetiam, al-
luit Rhotomagum,
deinde uoluitur in
Oceanum.Arar, lentus ſcatet
ex diuersa parte Vo-
gesi mōtis : & lapsus
per Burgūdiam, paſ-
ſibus

DESCRIPTIO.

sibus aliquot infra
Lugdunum Rhoda-
no miscetur, uocatur'
que Sagona.

Dubis, quem Cæ-
sar Alduasdalim uo-
cat, nunc Dubius di-
ctus, ab oriente duo-
bus milliaribus supra
Nozerethum, ex mō
te Iura ortus, prope
Virodunos Arari se
coniungit.

Flumina
superiorem
Burgundi-
am irrigan-
tia,

Sena, rapidus flu-
uius, à meridie duo-
bus P.M. milliaribus
supra Nozerethum ē
monte Iura oritur.

Serpentinus, ab ori-
ente ex Comba uete-
ri, non longe à Noze-
retho scatet.

Danus, paulo in-
fra Nozerethū, meri-
diem uersus emergit,
D 3 in quem

in quem Sena, Serpē
tinus, & Angelio in-
fluunt.

Angelio, etiā pau-
lo infra Nozerethū
ad occidentē, ex Nā-
corū ualle erumpit.

Furiosa, citatus am-
nis, ex Salinarum ru-
pibus in Lupam in-
fluit.

Lupa porro Dubio
miscetur.

Cæpina, per supe-
riorē Burgūdiæ dioe-
cesim allabitur, cuius
ripas accolentes dicū
tur Cæpinenses.

Cella, ex Balmæ ru-
pibus fluít.

Riuia lacum confi-
cit, iuxta oppidū ab
ea denominatum.

Voraginum,
Pontius,

Bon-

	Bonuallis.
	Granuallis.
Lacus Bur-	Rubrarum trocta-
gundiae su-	rum.
perioris	Boni Loci.
	Maregnus.

Somia, in Oceanum influit.

Isara, & Lysa, duo rapidissima fluLysa.
mina, ex Alpibus procurentia, cō-
fluunt.

Scaldis prope Veromanduos o-
ritur, perqp Neruios & Flandros
decurrit, atqp miliaribus aliquot in-
fra Antuerpiā in Oceanū illabitur.

Mosella, ex Vogeso monte, qui
est in finibus Lingonum, Treuiro-
rum regionem perlabitur, & ad Cō-
fluentes oppidum in Rhenum de-
scendit. Amnis est uitifer, Ptole-
mæo Obrinca dictus.

Quatuor magna & nauigabilia
flumina superiorem Batauię regio-
nem, hoc est, Gelriam perlabantur:
Mosa scilicet, Gallię Belgicę amnis: Mosa.
& tria Rheni ostia, Vahalis, qui

D 4 Hel-

Heluis, Vacalo, Vualis, ac Balus alias dicitur. Hic Batauorum insulam, ex parte meridiana praeterfluit.

Lycus. Lecca, seu Lycus, qui ueteris Rheni appellationem seruat.

Fleuus. Iſſula, alias Fleuus quoq; dictus, latissimus atq; ditissimus.

Ellus per Tribonos, & urbem Argentoratum, in Rhenum defluit.

Inferiorem Batauiam, id est, Hollandiam amnes perfluunt, praeter Rheni, quæ dicimus, ostia:

Linga.

Rotera.

Amera.

Gouda.

Schia.

Merna.

& Barot.

Rhenus, insignis amnis, Galliae Germaniaeq; discriminator, oritur ex Rheticis Alpibus, & longo cursu per fines Nantuantium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tributariorum, Treuirorum ci-

tatus

tatus fertur: sed ubi Oceano appro
pinquauit, in plures diffuit partes,
multis ingentibus insulis effectis.
